UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor, Coordinatus, Seu Omnes ...

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

247. Quidam regularis ex transgressione Bullæ Pontificiæ inciderat in pricatione[m] vocis activæ, & passivæ, quæritur, an teneatur in conscientiam petere dispensatione[m] ante iudicis sententia[m] Et ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-76429

Visual Library

RESOL. CCXLV.

An mulieres poſſint ingredi Clauſtra Regulariũ, quando fit lotio pedum in die Iouis Sancti, vel datur habitus, vel profeſſio alicui Nouitio, vel ſepelitur defunctus abſque metu cenſurarum?

Et in his euentibus an poſſint fœminæ intrantes ingredi Capellas poſitas in Clauſtro, quia hæ non ſunt officinæ ſecretæ? Ex p. 9. tr. 7. & Miſc. 2. Reſ. 52. alias 51.

Sup. hoc in Reſ. præterita §. & licet, ſed lege eam à principio.

§. 1. AFfirmatiuè reſpondet Portel *in dubiis Regularium, verb. Clauſura Monachorum, n. 5.* vbi ſic ait: Poſſunt licitè intrare fœminæ clauſuram Monachorum, vel ſi quando intrant clauſuram, habetur ſermo Prædicationis, vel fit officium lotionis pedum in Ioue Sancto intra clauſuram: vel quando datur Habitus, vel fit Profeſſio Nouitij, ſi ſit conſuetudo fieri intra clauſuram, vel ſepelitur defunctus: & in his euentibus poſſunt fœminæ intrantes ingredi Capellas poſitas in Clauſtro, quia hæ non ſunt officinæ ſecretæ.] Ita ille.

Quoad hoc ſupra in Reſ. 243. lege doctrinam § vlt. & in to. 5 tr. 1. Reſ. 92. ſignanter in fine.

2. Sed Bonacina *de clauſura, q. 5. punct. 4. num. 10.* & P. Lezana *in Summa, tom. 1. cap. 10. num. 12.* negant, mulieres poſſe ingredi, quoties quis intra Clauſtra admittitur ad Habitum regularem. Verùm in hoc caſu putat Pellizzarius *in Manual. Regular. tom. 1. tract. 5. c. 6. ſect. 2 n. 46.* poſſe dictas mulieres in Clauſtra admitti: quia, cùm datur Habitus alicui Nouitio, efficitur pia exhortatio, & recitantur preces, quæ veniunt nomine diuinorum Officiorum, de quibus loquitur Bulla Pontificis. Sed tu cogita.

RESOL. CCXLVI.

An pœna priuationis Officiorum, & inhabilitatis ad illa lata in Bulla Pij V. contra introducentes fœminas in Monaſterium incurratur abſque iudicis ſententia?

Et notatur Generales, & Prouinciales Religionis poſſe diſpenſare in ſupra dictis pœnis non autem confeſſarium virtute Bullæ Cruciatæ.

Et an præter dictas pœnas introducentes fœminas in Monaſteria incurrant ſuſpenſionem à Diuinis, & excommunicationem Pij V. Pontifici reſeruatam, de qua Epiſcopus etiam ſi ſit occulta, non poſſit abſoluere, quod idem etiam dicendum eſt de Confeſſario virtute Cruciatæ? Ex p. 3. tr. 2. Reſ. 66.

Sup. hoc in Reſ. ſeq. & in aliis eius primæ not.

§. 1. AFfirmatiuè reſpondet Sayrus *in claui Regia lib. 3. cap. 10. n. 35.* Bonacina *de clauſura tõ. 1. quæſt. 5. punct. 3. num. 2.* iuncta *quæſt. 1. punct. 4. num. 7.* Merolla *in diſp. Theol. tom. 1. diſp. 1. cap. 2. diff. 10. nũ. 253.* & alij penes ipſos, quia in Bulla ſupradicta imponitur dicta pœna non ſolum ipſo facto, ſed ſine alia declaratione; ergo.

2. Hæc opinio eſt probabilis, ſed ego probabiliorem negatiuam ſententiam exiſtimo, quam tuetur Sanch. *in ſum. tom. 2. lib. 6. c. 17. n. 39.* & illa verba *abſque alia declaratione*, intelligenda ſunt de declaratione pœnæ. Fundamenta huius ſententiæ adducit ipſe Sanchez *tom. 1. lib. 2. c. 22. n. 20. & c. 39. n. vlt.* & ita intelligenda etiam eſſe exiſtimo ſimilia verba appoſita à Clem. VIII. in Bulla de largitione munerum, vt docte adnotauit Souſa *in illius explicatione, n. 102.* & à Greg. XIII. in Bulla, quæ incipit, *dubia quæ emergunt contra Prælatos ingredientes Monaſteria Monialium*, vt tenet Suarez *de Relig. tom. 4. lib. 1. c. 7. n. 10.* cum aliis, & à Paulo II. in Extrauag. *ambitioſo, de rebus Eccleſiæ non alien.* notauit Henriquez *lib. 13. c. 56. n. 41.* Graſſius *in deciſ. p. 1. lib. 2. cap. 11. n. 41.* & alij.

3. Notandum eſt tamen hîc obiter, ſtando in prima ſententia, contra Graſſium *p. 1. lib. 4. c. 23. n. 11.* poſſe Generales, & Prouinciales Religionum exemptare, & diſpenſare in ſupradictis pœnis, & ita tenet Rodriquez *tom. 1. q. 24. art. 17.* non autem Confeſſarium virtute Bullæ Cruciatæ, quia dictæ pœnæ non ſunt cenſuræ.

4. Notandum eſt etiam hîc præter ſupradictas pœnas, introducentes fœminas in Monaſteria incurrere excommunicationem per Bullam Pij V. Pontifici reſeruatam, de qua ſecundum Riccium *in praxi tom. 1. reſol. 544. n. 5.* & alios, Epiſcopus, etiamſi ſit occulta, non poteſt abſoluere, Sed contrarium dicendum eſſe puto cum Merolla *vbi ſuprà, n. 527.* qui me ipſum citat *in tract. 2. Miſcellan. reſol. 35.* quod etiam dicendum eſt de Confeſſario virtute Bullæ Cruciatæ. Nam ſicuti Epiſcopus poteſt dictam excommunicationem abſoluere, ita incurrunt etiam ſupradicti in ſuſpenſionem à diuinis, de qua contra Sorbum *in compen. Priuileg. ver. ingreſſus Monaſteriorum, num. 11.* & Rodriquez *in expoſitione huius motus, n. 34.* non ſolum ſemel, ſed toties, quoties poteſt Confeſſarius cum Bulla Cruciatæ abſolutionem impendere in foro conſcientiæ, etiam ſi cauſa fuerit deducta ad forum contentioſum, vt notat Merolla *vbi ſuprà, n. 525.* & Sanchez *in ſumm. tom. 1. lib. 6. c. 17. n. 41.* Sed ad alia tranſeamus.

RESOL. CCXLVII.

Quidã Regularis ex tranſgreſſione Bullæ Pontificiæ inciderat in priuationẽ vocis actiuæ, & paſſiuæ, quæritur, an teneatur in conſcientia, petere diſpenſationem ante iudicis ſententiam?

Et an Prælati Regulares diſpenſare poſſint cum propriis ſubditis ſuper priuatione vocis actiuæ, & paſſiuæ, aut Officiorum, Dignitatũ, &c. nec non in inhabilitate ad ea, aliiſque ſimilibus pœnis Eccleſiaſticis, quæ contrahuntur ex aliquo delicto ſub dictis pœnis prohibito à Sũmis Pontificibus, vel aliis Regulariũ Superioribus?

Et quid, ſi hæc fuerint impoſita à Sacra Pœnitentiaria in pœnam cuiuſdam delicti? Ex p. 11. tr. 6. & Miſc. 6. Reſ. 47.

§. 1. AFfirmatiuè Theologus ex Societate reſpondit, & ſatis quidem probabiliter, ſed ego adhæſi negatiuæ reſponſioni, & adduxi Martinum de San Ioſeph *in Regulam Sancti Franciſci cap. 6. n. 39.* vbi ſic ait; [Todas las vezes, que en nueſtros eſtatutos ò en los Breues Apoſtolicos ſe pone pena de priuacion de oficio, y inhabilidad para tener otros, y otras penas ſemejantes, aunque la ley diga ſe incurran ipſo iure, ò ipſo facto, nò ſe incurren antes de la ſententia del juez, gloſſa ipſo iure *in addit. margin. in l. Lucius 47. §. tutela ff. de adminiſt. tutor.* docet Nauar. *in Manual. c. 23 n. 66.* cum Caietano, & Syluestro, Molin. *de Iuſt. tom. 1. tr. 2 diſp. 96. num. 8.* Granado *in 2. 2. controu. 7. tract. 3. punct. 1. diſp. & ſect. 2.* Souſa *in explic. Bullæ de larg. mun. §. 9.* y otros muchos, y aſſi me admiro de que Villalobos *1. p. tract. 2. dub. 25. nu....* diga, que ſolamente Soto es de eſta opinion, con que el ſe mouio à tener la contraria. Y lo miſmo ſe ha de dezir quando ipſo iure es priuado alguno por delicto del derecho de elegir: Sic Molina, & Malderus Epiſcopus Antuerpienſis *in par. 2. quæſt. 96. art. 4. mẽb. 4.* y aun añade la ley que pierdan el oficio, y ſean inhabiles para otro ipſo facto, & ſine aliqua declaratione, ſe ha da interpretar, ſine declaratione ipſius pœnæ; però non ſine aliqua declaratione ipſius culpæ. De manera que aun en eſte caſo es neceſſaria ſentencia del Iuez, que declare el delitto. La razon de

de todo eſto es, por que no ſa ha da creer, que el legiſlador (que ſiempre deue tener delante de los ojos la equidad, l. quod ſi Epheſi ff. de eo.quod cert.loco, & ibi additio marginalis) ha de querer que nadie ſea executor contra ſi miſmo de la pena, ſiendo coſa que lo rehuſa tanto la flaqueza humana. contra c. ex parte de conſtit. ita Couar. *rub.4.decret.2 p.c.6.§.8.n.*10. Mexia *in taxa panis con.6.nu.*136. Lopez 1. *part. instruct.c.*296.*fol.*880. Graff. 1.*part.deciſ. lib.*2. *capit.* 11.*num.*41. Henriquez *lib.*13 *de excõmunic.c.*56 *n.*3. Azeuedus, & Matiencus *ſuper leg.* 5. *Recopilat. lib.*5. *tit.*11 *gloſ.*1. Antonius Gomez *t.*3.*variarum cap. vlt. numer.*3. Vaſquez 1.2.*quæſt.*96.*art.*5.*diſp.*170. *cap.*4. *num.*24. & 25. Cruz *in Epitom.lib.*5.*capit.*3.*dub.*6. citans pro iſta ſententia Bañez, & communem Thomiſtarum cum D. Thoma 2.2. *quæſt.*62.*art.*3. tenet expreſsè Souſa *in explicatione motus proprij de largitione munerum n.*102. & Sanchez *lib* 9.*oper.moral. cap.*15. *num.*65. Henriquez 2.*tom.lib.*13.*cap.*16. *num.*3. *Dize que regularmente hablando quando las leyes penales contienen las dichas palabras rigoroſas, ſe han de explicar que ſolamente hablen en el fuero exterior y no en el de la conciencia. Eſta ſentencia es mas prouable, que la del Padre Fray Manuel Rodriquez in expoſitione motus proprij contra mulieres Monaſt. ingredientes num.* 31. Sorbo *in compen.priuil. Mend.verb.ingreſſus Monaſteriorum n.*10. Sayro *in claui regia l.*3.*c.*20. *n.*35. Salas *de leg.diſp.*15.*ſect.*2.*n.*29. Vaſquez *in* 1.2. *diſp.* 248. *c.*2.*num.*12. *que defienden que las dichas penas ſe incurren en el fuero de la conciencia, y que aſſi ſe ha de pedir luego diſpenſation à ſu Santidad, ò vſar de vn priuilegio de Eugenio IV. que concede à los Preladosque diſpẽſen en eſtas penas con cargo de que por vn año entero el aſſi diſpenſado, reze cada ſemana los ſiete Pſalmos Penitenciales con ſus litanias.*] Hucuſque Martinus de San Ioſeph.

Sup. hoc in Reſ. ſeq.

2. Sed quoad vltimum dictum quæro * an Prælati Regulares diſpenſare poſſint cum propriis ſubditis ſuper priuatione vocis actiuæ & paſſiuæ, aut officiorum, dignitatum, &c. nec non in inhabilitatione ad ea, aliiſque ſimilibus pœnis Eccleſiaſticis, quæ contrahuntur ex aliquo delicto ſub dictis pœnis prohibito à ſummis Pontificibus, vel aliis Regularium Superioribus?

* Sup. hoc in Reſ. poſteri.

3. Reſpond. poſſe (pro foro conſcientiæ tamen ſolum) & quidem etiamſi ſint reſeruatæ Papæ, ita Lezana *t.*1.*c.*18 *n.*46. ex Sorbo *in Com.V. Ingredi Monaſt. Monial.in annotat.à §.dico* 4. Suar. *t.*4. *de Relig. tract.* 8.*l.*2.*cap.*12.*num.*9. Rodriquez *tom.* 1. *quæſt.* 61. *n* 9. Sanchez *l.*6.*in decal.cap.*15.*num.*78. aliique, & probatur, nam patet Prælatos Regulares poſſe diſpenſare ſuper irregularitatibus ex delicto prouenientibus, ſi ſint occultæ, æquè ac poſſunt Epiſcopi ex conceſſione Conc. Trid *ſeſſ.*24.*c.*6. cùm tamen ibi nomine irregularitatum, ac ſuſpenſionum veniant huiuſmodi pœnæ; quarum proindè diſpenſatio conceditur Regularibus. Confirmatur, nam certum eſt per priuilegium Bullarum Pauli III. conceſſum fuiſſe Patribus Societatis Ieſu facultatem abſoluendi à quibuſcumque cenſuris, ac pœnis Eccleſiaſticis, & conſequenter diſpenſandi in iis, quæ *in hac quæſtione proponuntur*, vtpote quæ reuera ſunt pœnæ Eccleſiaſticæ.

4. Vtrum verò vi ſupradictorum priuilegiorum diſpenſari poſſit Regularis in priuatione vocis actiuæ, & paſſiuæ, ipſi impoſita à Sac. Pœnitentiaria in pœnam cuiuſdam delicti, cuius ipſe abſolutionem petebat?

5. Reſpond. poſſe patetque ex doctrina quam tradit Sanch *l.*2.*in dec. cap.*13. *num* 32. nimirum quod ſolutus ab aliquo reſeruato cum onere ſe præſentandi, ſi poſtea vi iubilæi, aut alicuius indulti iterum abſoluatur, manet liber ab illo onere, nec tenetur amplius ſe præſentare: quæ doctrina optimè poteſt adaptari caſui noſtro, vt conſideranti conſtabit.

RESOL. CCXLVIII.

An omnia viuæ vocis oracula conceſſa Regularibus ſint hodie ſublata? Ex part. 9. tractat. 7. & Miſc. 2. Reſolut. 61.

§. 1. ALiqui viri docti ex Regularibus mordicùs negatiuam ſententiam tenent, quos adduxi *in part.* 5. *tr.*14. *reſolut.* 17. quibus nunc addo doctum Patrem Leandrum *in Regul. D. Franciſci, quæſt.* 20.*ad cap.*6.*n.*3. vbi ſic ait: [En el fuero de la conciencia pueden vſar los Regulares de los priuilegios concedidos, *viuæ vocis oraculo*, à los miſmos Regulares no obſtante los dichos Breues de Gregorio Dezimoquinto, y Vrbano Octauo: porque es muy pueſto en razon, y conforme à derecho, que los priuilegios de los Regulares ſe conſeruen por auer ſido concedidos por premio de ſeruicios hechos à la Igleſia, y à titulo de ſus meritos, y ſe prueua, porque el Papa Clemente Septimo, en la Bula que empieça, *Dum fructus vberes.* deſpachada en el año de 1525. à 30. de Mayo, en el ſegundo de ſu Pontificado, concedio à los Frayles Menores todos los priuilegios, inmunidades, eſſenciones, conceſſiones, indultos, indulgencias, remiſſiones de pecados, concedidos a todas las Ordenes Mendicantes, y no Mendicantes, y todos los, que ſe huuieſſen de conceder *in futurum*, en qualquiera manera, y modo, que fueſſen concedidos, ò que huuieſſen de ſerlo, y confirmò todas las que la dicha Orden tuuieſſe concedidas en qualquiera manera que lo fueſſen, por todos los Romanos Pontifices: con lo qual concedio todos los *viuæ vocis* oraculos: aſſi los que haſta el dia que ſe deſpachò la dicha Bula eſtauan concedidos à la nueſtra, y à las demas Religiones, como todos los que en adelante ſe auian de conceder, como conſta de aquellas palabras *Omnibus, & ſingulis immunitatibus, exemptionibus, conceſſionibus, indultis, peccatorum remiſſionibus & gratiis, quibuſuis Congregationibus dictorum Ordinum, aliorumque Ordinum Mendicantium, & non Mendicantium, quomodolibet conceſſis, & concedendis.* De manera que concedio todos los indultos, priuilegios, y gracias concedidas, y que ſe auian de conceder en qualquiera manera que lo fueſſen, ò que lo huuieſſen de ſer; con lo qual comprehende todos los concedidos por Bulas Apoſtolicas, ò ſolo por *viuæ vocis* oraculos, &c. Y Pio Quinto en la confirmacion que dio de los priuilegio de las Ordenes Mendicantes, en el año de 1567. en el ſegundo año de ſu Pontificado, no ſolo confirma todos los priuilegios concedidos à las dichas Ordenes por ſus Anteceſſores, ſino que añade, que los inoua, y concede de nueuo, como ſi ſin faltar palabra alli los refiriera *de verbo ad verbum.* Y lo miſmo hizo Gregorio Dezimotercio, en la confirmacion, que dellos hizo, y Sixto Quinto, confirmando los priuilegios de los Frayles Menores, en el año de 1586. dize las miſmas palabras. De manera que conforme à eſto ſe ha de hazer cuenta, que todas las palabras de los priuilegios concedidos por *viuæ vocis* oraculos, haſta los dichos Pontifices, aſſi à los Mendicantes, como à los Frayles Menores, y que ſe auian de conceder en adelante, eſtan inſertos al pie de letra en las dichas Bulas de Pio Quinto, Gregorio Dezimotercio, y Sixto Quinto, y por el conſiguiente ya no ſon *viuæ vocis* oraculos, ſino priuilegios concedidos por Bulas Apoſtolicas. Gregorio Dezimoquinto, y Vrbano Octauo reuocan los priuilegios concedidos, ſolo por *viuæ vocis* oraculos,

Quæ nũc eſt in tom.6.tr.1. Reſ.26.& hoc infrà in duabus Reſ.ſeqq. & in Reſ. 252. §. obiicies, ſed lege eam per totã: & in alio §: eius annot.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN